



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 30. Principum & Didacus de Guzman Cardinales hoc anno defuncti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. Confessarium extraordinarium pro Monachialibus Regularium curæ subjectis et  
 A. C. 1631. aliqua legitima causa, & hunc vel  
 alterius Ordinis, vel Sacerdotem se-  
 cularem idoneum; eadem quoque die  
 a S. Congregatione Concilii decisum  
 quod ille, qui causa honoris inimicum  
 insequitur, & occidit, irregularitatem  
 incurrat.

## §. XXX.

*Principum ac Illustrium obitus.*

*Khevenhill.*  
*Annal. Ferd.*  
*tom. II.*  
*p. 1939.*  
*Lotich. rer.*  
*Germ. l. 44.*  
*cap. 3.*  
*Annal. Boic.*  
*part. 3. l. 16.*  
*pag. 264.*

Inter Principes, qui hoc anno obi-  
 erunt, ceteris prior die vigesima Februarii  
 decessit Ludovicus Fridericus Wirten-  
 bergensis Ducatus Administrator, cui  
 successerat Julius Fridericus, qui Ab-  
 bates, eorumque Præfectos ad extre-  
 mam redegerat paupertatem. Mensis  
 autem Junio Maria Constantia Ferdin-  
 andi II. Cæsaris Soror, Poloniæ Re-  
 gina anno ætatis quadragesimo quarto  
 quatuor Filiorum, & unius Filie Ma-  
 ter fati concessit. Hanc iisdem passi-  
 bus sequebatur exeunte Mense Octobris  
 Magdalena ejusdem Cæsaris Soror,  
 ac Cosmæ Magni Etruriæ Ducis con-  
 jux; postquam enim Monachii Elia-  
 betham Baviaræ Electricem salutave-  
 rat, ac Wassenburgium cum eadem  
 profecta Passavium, Viennæ Germani-  
 cum

num suum inuisura, contenderat, lethali morbo correpta, ibidem æternitatis iter ingressa est, corpore Defunctæ Secaviam in Styria translato: refert Piafecijs, quod Florentinorum, qui ærarium a se in Cæsaris subsidia exhaustum querebantur, odium declinata, domicilium suum in Austriam transferre statuerit. Demum Mense Septembri Caroli Mantuæ Ducis Filius Dux Retelius decessit, ac Mense Novembri pari fato Monachii ereptus est Pfalzburgius Princeps, Carolo Lotharingæ Duci percharus, sui que exercitus Bellidux longe clarissimus.

## §. XXXI.

*Borromæus, & Didacus de Guzman  
Cardinales hoc anno defuncti.*

Hoc anno Sacrum Purpuratorum Collegium nonnisi duorum Cardinalium jacturam planxerat: ex his prior Mediolani die vigesima secunda Septembris anno ætatis suæ sexagesimo septimo decessit Fridericus Borromæus. Hic ingenio præstanti clarus, a teneris animus ad literas propensum exhibebat, suorum tamen Magistrorum morositas ingenuo juveni magnam inspirabat librorum nauseam: tandem vero mansuetiorem nactus Borromæus, ul-

*Nic. Eryth.  
Pinac. I.  
pag. 264.  
Ciacon. vit.  
Sixti V.  
pag. 186.*

H h 5

tro-